

*B. h. II, p.
h. 12, 2.*

X 1876027

I. N. 7.

II R
1558

SPECIMEN ACADEMICUM
De
REGE ROMANO-
GERMANICO,

Quod
TANQUAM NOBILEM HUIJUS PRÆSENTIS
ÆVI MATERIAM
SANCTISSIMI NUMINIS AUSPICIO
IN
ILLUSTRI AC CELEBERRIMA
MARBURGensi CATTORUM ACADEMIA
PRÆSIDE
MAGNIFICO p.t. DOMINO RECTORE
VIRO
NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
DN. JOH. HENRICO

Keleinschmid /

JURIUM DOCTORE, EORUMQUE PROFESSORE
EXTRAORDINARIO, MORALIUM ET CIVILIUM
AUTEM ORDINARIO, FAUTORE ET PRÆCEPTORE
SUO FIDELISSIMO

Ad diem Maji horis locisque consuetis,

Publica eruditorum censura submittit
AUTHOR & RESPONDENS

JOHANNES ALBERTUS

Bon E M B / Franc.

Marburgi Cattorum,

Typis JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr. 1690.



12. 11. 1871
6. 11. 1871

DEO,
PARENTIBUS,
PATRONIS.





I. N. J.

Proemium.



N, *Lector Benevole*, spinosam disputationis non modo, sed & majoris indaginis, quam in me est, aggredior materiam, non ignarus, quod vires meæ ad tantum opus & nobilissimum & gravissimum minimè sufficiant. Cum vero præsens Imperii S. Romano-Germanici conditio & status eam nobis ipsam commendet, insuper & mihi Paternâ authoritate, eo tempore, quo Augustæ Vindelicorum Sacri Romani Imperii Electores ad eligendum REGEM ROMANO-GERMANICUM concurrebant, elaboratio thematis cujuscunque sit injuncta: Optimum duxi id ipsum eligere, quod propria nobilitas & in-

A 2

stans

stans subministrat ævum. Non autem me fugit, quanta hujus operis sit moles, quam intricata materiæ expolitio, & exadverso quanta judicii mei debilitas, ingenii languor, ac virium imbecillitas. Id circo, *Lector Benevole*, si quid incongruum hujus in dissertationis elaboratione Tibi occurrit, scias, me materiam hanc, non ut rigorosissimum tractasse examinatore, quod meam excedit ætatem, sed ut discursum ac specimen conscripsisse Academicum, animo illud reputans: Melius est tetigisse, quam nunquam tentasse; sicut & istud: Qui nunquam malè, nunquam benè. Curialia autem & Ceremonialia non invenies, sed tantum, quæ ad essentialiam propius instituti accedunt, tum quia ea potius ad solennitatem extrinsecam quàm necessitatem essentialem pertinent, ut *Carpz. d. Leg. Reg. Germ. cap. ii. p. m. 673.* ait, tum quippe pro temporis & circumstantiarum consideratione, licèt communi Omnium omnino Statuum consensu, ut omnia alia, mutari possunt.

Faxit itaque DEUS ut labor hic noster exoptatè in sui ipsius gloriam, non nostro sine emolumento, ad finem & scopum felicissimè
 perducatur. SECTIO

SECTIO PRIMA.

*Exhibens Regem Generaliter
consideratum.*

THESIS I.

PRiusquam penetralia hujus nostræ dis-
sertationis ingrediamur, solitam & pris-
cis quoquè consuetam methodi ratio-
nem sequi, nostri erit officii, nominalem sci-
licet definitionem, ut apud Logicos audit,
*Saur. Syntag. Log. Lib. 1. Part. prop. Sect. 2. cap. 1.
præc. 2. Scharf. Manual. Log. Lib. IV. cap. 1. p. m.
300. Behm. Instit. Log. Lib. IV. cap. 7. §. 9. præ-
mittere, quo juxta Justinianum l. 1. pr. ff. d. 7. §
7. natales vocis prodeant, variæ signifi-
cationes, ut Ulpianus l. 1. pr. ff. d. Reb. Cred. sua-
det, & acceptiones indicentur, nec non ad
majorem thematis explanationem Synony-
ma addantur: Siquidem id demum perfe-
ctum esse dicitur quod ex omnibus suis par-
tibus constat. l. 1. ff. d. Orig. 7.*

THES. II.

QUod igitur attinet Etymologiam, seu
nominis derivationem, eam multipli-
cem esse nemo inficias ibit. Nobis inter

A 3

quam

quam plurimas hæc placet, quando scilicet, ut Princeps Jctorum Quæstores à quærendi genere, *l. un. §. i ff d. Off. quæst.* ita nonnulli Regem à regendo, non quidem sine rationibus deducunt: Tam quia regere seu regnare nil aliud sit, quam fasces Imperii tenere, ad clavem Regni sedere, gubernare, &c. quæ omnia Regi competunt, Regiamquè declarant potestatem: Quam quia semper in regendo sit occupatus, regnarequè ejus sit proprium, ac suum id postulet officium, DEO mediante sibi commissum, qui Rex Regnantium & Dominus Dominantium jure in sacris nominatur.

THES. III.

SI Homonymiam spectas, diversimodam reprehendes. Rex enim aliter sumitur *Ethicè*, pro tali scilicet, qui præ aliis virtutibus pollet, aliisque palmam eripit; quo sensu etiam infimo loco natus, modo virtutibus emineat, aliosquè superet, Rex dicendus venit: Aliter *Politice*, ut hic, personam scilicet Publicam, regiâ adornatam Majestate representans, de quo in sequentibus plura. Accipitur porrò vocabulum Regis vel *latè* pro quovis regnante, etiam Regulo, ut abusive parvæ

parvæ olim ditionis dominos Reges nomi-
navêre, aliàs impropriè vocati. Vel *strictè*,
pro Rege Majestatis Juribus, licet non abso-
lutis, sed per Capitulationes, Conventiones,
ac Leges Fundamentales, quodammodo re-
strictis, gaudente; ut Germaniæ, Angliæ, Po-
loniæ Reges &c. Vel *strictissimè*, pro eo ni-
mirum, qui summam & absolutam tam
in Ecclesiasticis, quàm Secularibus habet po-
testatem, nullumquè agnoscit superiorem,
nisi Deum & ensen: ut Rex Daniæ, Sueciæ,
Galliæ &c. talemquè Hugo Grotius nomi-
nat propriè tantum Regem, cum nempe
Theseum Atheniensium nomine magis,
quam re, vel impropriè Regem fuisse, in-
quit. *Hug. Grot. d. J. B. & P. Lib. 1. c. 3. n. 8. §. 11.*
Ejusdem est sententiæ Cornelius Nepos in
Agefilao: Lacedæmoniorum autem Age-
filaus, nomine, non potestate fuit Rex, sicut
cæteri Spartani. Quo etiam colludit Illu-
stris ille Veronensis Dominus Severinus de
Monz, ambauo de Stat. Imp. Germ. c. 1. §. 2. ita ex
Tacito de Mor. Germ. differens: Nonnullis
Reges erant, sed fere suadendi magis autho-
ritate, quàm jubendi potestate.

THES.

CÆterum quoad Majestatis Regiæ encomia, varia ei sunt Synonyma: Appellatur non raro, uti apud Homerum, Pastor Populorum. *test. just. Lips. Polit. Lib. 2. cap. 6. n. 5.* Quod confirmatione nititur *Chronicarum Fuliacensium*, certè vetustiorum. *Lib. 1. c. 8. pag. mih. 28.* Sic enim illa: König Tuisco Eintreuer Landes Hirt / und allgemeiner Pflegvatter. Custos Justitiæ; Originem enim sceptri si repetis, omnes Reges fruendæ justitiæ causâ constitutos reperies, ait Cic. *Lib. 2. d. Offic. c. 2. Inst. Lips. Polit. l. 2. c. 11. n. 2.* Salutatur etiam Regia Majestas Ihre Königliche Majestat / Augustus, Mehrer des Reichs / Vicarius Imperii Sacro-Romano-Germanici perpetuus, Gewisser Nachfolger in der hohen Kaiserlichen Würde / quippe Cæsaris vel absentis, vel ægrotantis, vel senio impediti vices gerit: de quibus latius dein suo loco. *Schönb. Polit. Lib. 5. c. 19. Brev. I. P. Rom. Germ. t. Von der Wahl eines Römischen Königs. Caput Imperii post Imperatorem. R. I. 1555. S. Und im Fall zc. R. I. 1564. S. So unterstunden sich zc. & in litteris Caroli V. ad Commissarios suos Augustam ad Comitiam anno 1555. destinatos, datis d. 9. Junii ejusdem anni*

anni ibi: Seine Liebden / als einen Röm. König /
 und nach Uns im Reich das oberste Haupt ꝛ. Ger-
 manixæ Rex & Semper Augustus. *In script.*
hod. Capitul. Ioseph.

THES. V.

Generalioribus his præmissis, & aliquate-
 nus explicatis, Definitio quidam Regis
 Romano-Germanici jure venit subjungen-
 da, quem ordinem non minus libentissimè,
 quam & ritè observaturus fuissèm, nisi quæ-
 dam non adeo levia, de constituendo & non-
 dum constituto Rege occurrerent, quæ post
 ejus Definitionem ventilare & exponere,
 cum ea de jam constituto, & in Regiam Ma-
 jestatem evecto loquatur, certè incongru-
 um mihi videbatur. Nullus autem spero,
 odia quorumcunquè licet, in me fore excita-
 ta, si sectione hâc de constituendo, sequenti
 de Constituto REGE, ejusquè Definitione,
 & ultimâ de tantæ Regiæ Majestatis
 agam dissolutione.

B

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

*De Rege Romano Germanico
constituendo.*

THESIS I.

Non immerito ad meliorem instituti
explicationem Rex à nobis confide-
ratur vel ut constituendus, vel ut jam
constitutus, cum propter erogata inde
fluentia ritè solvenda, tum propter distincti-
orem elaborationis ordinem, ne scilicet con-
fufum producatür chaos, & fine nos seu sco-
po desiderato turpiter defraudemur. Hâc
igitur Sectione de Constituendo. Prima hîc,
ut Prodromi loco offert se quæstio: An con-
fultius fit eligi Regem quam nasci? Habet fa-
nè fuos utraqüè ex parte affeclas. Successi-
onem commendantes, his inter alia nituntur
argumentis: Semper fucceffione certus ha-
betur dominus, pravæquè aliorum spes cohi-
bentur. *Tac. annal. 3. 56. 3.* Dein, quam plu-
rima evitantur eâdem mala, ut ambitus, fa-
ctiones, diffentia & bella interna. *Henning.*
Arnis. Op. Polit. lib. 1. c. 9. d. Monach. Reg. & Ty-
ran.

ran. quod proceres Poloniae suo non ita pri-
dem exemplo, ut & vestigia cladis in Silesiae
oris probant. Accedit & id, quod suffragia,
quae debent esse libera, partim praemiis e-
mendicentur. Omnis enim res, canit. Horat. 3.
Sat. Lib. 2.

*Virtus, fama decus, divina humanaq; pulcris
Divitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam Rex,
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratum
Speravit magna laudi fore.*

Porro, quod saepe in fastigium regiminis per
electionem evehantur minus apti, cum for-
tuna caeca ejus dominatrix sit: tales haud in-
eptè Plutarchus ad Trajanum vacuis compa-
rat vasis, vel morbo comitiali laborantibus.
Et tantum minori discrimine sumi princi-
pem quam quæri Tacit. hist. 1. 56. 1. inquit; quod
ipsa pariter testatur experientia: alias innu-
merabiles persuadendi rationes videsis apud
Bodin. Lib 6. polit. cap 5 Tholosan. Lib. 7. d.
Republ. c. 4. Marian. Lib 1. d. Reg. cap. 3. Bu-
ridan. in 3. polit. quest 25. Besold. Polit Lib. 1.
cap. 6 d reg. Elect. & succ. Gailf. op. Polit. Exerc.
2. th. 6. Et varios alios.

MULTIS ex adverso visum est, non esse ex
 Mufu Reipubl. fucceffione deferre alicui
 potestatem regnandi. Sæpiffimè enim fie-
 ri, ut eâ evehantur ii, licet certi, qui nec parere
 nec imperare didicerunt, quod contra Ari-
 stotelem *Polit. Lib. 3. c. circ. med.* Senecam *Lib.*
2. d. Ira. c. 15. fin. qui animi à virtutibus plane
 sunt adversi, Quem enim latet Cambyfes
 degener, ad primum filius, Regni quidem,
 sed non virtutis paternæ hæres? quem Com-
 modus Domitiano sæverior, nec Nerone
 purior? *Hildebrand. Synop. histor. univers. p. m.*
 92. Quem Caligula natrix populi Romani
 & Phaethon orbis terrarum. *Sueton. in Vit.*
Cæs. Secundum; non esse de Effentia Ele-
 ctionis, sed ut in omnibus, ita & hîc accidens
 quoddam & malum, quod tamen corrigi
 potest, (electione scilicet ritè institutâ, & ad
 certas personas restrictâ) invenitur; cum
 malum sit infiniti, bonum autem finiti *Arist.*
Lib. 2. de Morb. c. 5. Et licet talia incommoda
 ex electione sæpe redundant, ut seditiones,
 contentiones de quibus egregiè *Carpz. ad R.*
Reg. Germ. cap. II. n. 28. § 29 p. m. 674. & c. ea ta-
 men leviora sunt quam quæ expectantur à
 pravo

pravo Rege hæreditario. *Henning. Arnif. Lib. I. Polit. c. 9 p. m. 276.* Tertio adductum loco de emendicatis suffragiis suum non potest obtinere robur: Quippe Imperatorus omnibus elegi debet ex omnibus. *Plin Paneg. c. 7. circ. fin.* Electio vero optimum quemq; invenit, ait *Tac hist. I. 16. 2.* Et facile quidem est unum, sed non omnes corrumpere. *Aphor. Polit. Lib. I. dis. 46.* Eligentes enim præ-
 supponimus Viros bonos & graves, qui pe-
 jus letho flagitium hoc timent, ut *Horatius*,
 loquitur, qui apertè & sine fuce sententiam,
 proferunt. Cumque se juramento ob-
 stringant, se, quem judicent optimum & di-
 gnissimum, præeunte ac monente Alexan-
 dro Magno. *Iust. Lib. 15. Curt. Lib. 10. c. 6. & Ly-
 sandro, Plutarch. in Lysand* ut & Publicæ sa-
 lutis strenuum defensorem, absque omni pa-
 cto, stipendio, pretio seu promisso, vel quo-
 cunque modo talia valeant appellari, *A. B. Caroli. IV. t. 2. art. 9.* electuros, unius cujusli-
 bet relinquimus conscientia, quid de jure
 eum deceat; licet de facto & abusivè aliud
 interdum præter votum eveniat. Quartum
 in ipsos retorqueamus, nam ex successione
 non semper bonos depromi Reges in aprico

est. Possemus ex omnibus Regnis *Æliani Catalogum de var. hist.* complere, ast sufficiat nobis illud Aristotelis: periculosum est, qualescunque natorum succedunt. *Arist. Pol. 3. c. 15.* Cumque electio non ad unam restricta sit personam, minimè præsumendum, quòd Electores pessimum, nec Regiis ornatum virtutibus eligant. Non autem rarò Deus ad castigationem dat populo Regem minus idoneum, ut ex sacris constat. Varias aliàs sententias apud Schönborn: *Pol. Lic. 2. c. 1. Reinking. d. Reg. S: & E. Lib. 1. class. 3. c. 2. n. 2. Ioh. Lim. d. 7. P. tom. 1. Lib. 2. c. 3. n. 12 seq. Arist. 3. polit cap. 11. Machiavell. Lib. 1. Disc. c. 10.* Gravissimum quod pro Electione adduci nostro in Imperio S. R.-Germanico potest argumentum, est libertas, quæ inæstimabilis, *p. l. 107. ff. d. R. I.* & pro more Præcorum adstringi, servitutemque amare nunquam potest. Et certè Rex successione datus à nemine cohiberi, aut ad rectè faciendum tam facilè cogi potest; dum legibus magis sit solutus, quam Electicius, qui capita Capitulationis, seu articulos ut observet, se sancto obstringit semper juramento. *Capit. Ferd. IV. S. ult.* Bey Unsern Königlichem Ehren/

Würden

Würden und Worten. Item: Mit Unserm leiblichen Eyd zu Gott und dem heiligen Evangelio geschworen. §. ult. Capit. hoc. Josephi.

THES. III.

Penes quos vero sit Electio Regis Romano-Germanici, valde controvertitur. Prætendunt id soli Electores exclusis S. Imperii Statibus, per vigorem Aureæ Bullæ, quæ eorum tantum facit mentionem. *Cyriacus Lentulus noster d. I.P.R. lib. 5. c. 8. §. 2. Besold. Polit. lib. 1. cap. 6. Albertus Stadenfis* inculcant, quod prioribus electio temporibus fuerit liberior, quo & tendit *Author Brev. f. Publ. Rom. Germ. part. 2. c. 5. p. m. 65.* dein vero ad septem tantum Electores restricta. *Hugo Grot. d. I.P. & B. lib. 2. c. 9. §. 11. n. 2.* etiam vult, omnibus Constantinopoli habitantibus jus eligendi Imperatorem fuisse, his verbis: pende-
bat hæc res, scilicet electio, à voluntate Populi Romani. Et licet jam longa per tempora soli eam exercuerint Electores, ab anno nempe 1245. usquè ad hoc ævum, ut affirmat *Author Brev. I.P.R.G. p. 2. c. V.* Von den Schurfürsten ins gemein. Aureâ Bullâ dein anno 1356. plenarium hoc iisdem concedente jus, ita, ut & soli Capitulationes composuerint.

Nilomi-

Nihilominus anno 1645. cæteri S. Imperii Status Osnabrugi in ipsa Pacificatione, dein in Comitibus Ratisbonensibus sibi injuriam eâ, scilicet capitulatione solos per Electores præscriptâ, & eorum communem auctoritatem imminutam fieri publicè conquesti sunt. Tandem vero, cum Collegium Electorale ad Regiam Electionem, capitulationemque componendam Ferdinandi IV. Augustæ Vindelicorum, relictis aliis Ratisbonæ, concurrebat, ipsi per litteras ad Cæsaream Majestatem die 15. Maji 1653. exaratas, nolentes volentes, eam approbavêre; Interim tamen monita tam Principum quàm Civitatum collegium transmisit nonnulla, quæ autem non in deliberationem venêre, ut docet *Author des wahren Interesse des Heil. Römischen Reichs. per tot. c. 3. p. m. 38. 39. 40. Grund=veste des von Heerden / part. 3. c. 3.* Cum itaque lis hæc de re adhuc pendeat, & cæteri S. Imperii Status perpetuam erigi capitulationem maximè laborent, omnes autem in principio ejus condendæ hæreant, hinc non immerito valde de ea dubitamus, etiamsi tenor Instrumenti Pacis & R. I. Ratisbonensis ultimus id postulet. Cæterum
 pro

pro Electoribus pugnare videtur. I. Aurea
 Bulla, quæ id eis solis adscribit *cit. l. d. c.* II.
 Quod sint S. Imperii officiales, administrato-
 res, prima loco membra: *Allernehmste/vörderste*
Glieder des Reichs. Capit. Cæs. Ferd. III. art. 3.
Des Heil. Röm. Reichs Schur- und Erb-Ämptleu-
te. Cyric. Lent. de Stat. Rei Rom. lib. 5. c. 8. §. 3. qui
corpus Germaniæ referunt. Hug. Grot. d. J. P.
§. B. lib. 2. c. 9. §. II. n. 4. Des Heil. Röm. Reichs
Grund-Seulen. Capit. Joseph. art. 4. pr. III. Quod
non suo tantum nomine, sed vice Imperii &
omnium Imperii R.-G. Statuum id subeant,
cum omniū interesse tueri observariq; tene-
antur. pr. Cap. Cæs. Leop. & hodiern. Joseph.
in præm. Vor sich und sämtliche Fürsten und
Stände des Heil. Röm. Reichs. Vid. Dück de U-
su §. Auth. l. C. lib. 2. c. 2. §. 2. Lym. Tom. 5. lib. I.
c. 22. §. 14. Nec malè hac de re judicat Suvve-
der. Introduct in J. Publ. ipsam Electionem
sic definiens: quòd sit actus solennis, quo, nomi-
ne totius Imperii per Collegium Electorale, aut
partem illius majorem saltem, personæ idoneæ,
juxta formam A. B. præscriptam, administra-
tio Imperii ad ejusdem salutem confertur. d.
tract. Part. spec. cap. 2. pr. p. m. 207.

C

THES.

THES. IV.

SIt ergo penes Electores hoc jus, quô & Rex
 Böhemiæ, [licet alias votû & sessionem in
 Comitibus non habeat. *Lampd. d. Republ. Rom.*
part. 3 c. 8. §. 19. Weltalter p. m. 463. Conrin-
gius d. Comit. Imp. th. 17.] fruitur, cui tertio
 suffragium competit dicendum. *A. B. c. 4. §. 3.*
 & ad eam *Lym. observ. 5. Bæcl. Polit. lib. 6. c. 9.*
p. m. 139. Wurmfs. ad J. P. Exerc. ult. th. 8. præ-
primis Lyncker. Diss. d. consens. Elect § 5. Nec
 obstat Jus Saxonicum. *t. 3. art. 57. §. Der*
Schenck des Reichs hat keine Wahl/darum daß Er
 nicht Teutsch ist etc. cessante enim legis ratio-
 ne, ipsa cessat dispositio ac vis. *Aphors. Polit.*
lib. 4. disc. 34. Diversimode hac de re Conring.
d. Capit. Casare th. 22. sentit, ad quem B. L. re-
 mittimus. Regem Bohemiæ autem variis
 Electionibus & Capitulationibus non fuisse
 adhibitum, idque ob rationes non adeo vul-
 gatas & nobis ignotas. *Capitul. Ferd. IV. &*
Leopold. I. ut alia prætermittamus, proem sta-
 tim docet. Hodiernæ interfuit Dominus
 Comes Kinskii de Kunitz & Zettau. de quo
 ita verba sonant. Von wegen des Allerdurch-
 leuchtigsten Römischen Kaisers! Leopoldi als
 Königs

Röhtigs in Böhmen. Ut omnes vero Electores aut ipsi præsentés sint , aut Nuncios suos, ut A, B. eos nominat, mittant, necesse est, cum vota litteris transmittere nequeant. *D. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 3. c. 3. n. 14. & seqq. Ioh. Lym. d. 7. P. Tom. 1. lib. 2. n. 6. c. 3. & seqq.* Cumquæ sit res plenæ & liberæ voluntatis, eorum quis sibi ipsi votum dare potest suum. *per A. B. t. 2. c. 7.* quem in locum eleganter differentem habes *Arumnaum vid. Cyr. Lent. Stat. Rei Romano-Germ. p. m. 1328.* Hujus rei testis est Rupertus Palatinus, Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias &c. nec obstat *l. planè 4. ff. d. Tut. & curat. Wurms. ad I. P. Ex. 2. th. 7.* Eliguntur autem vel unanimi Electorum consensu, *Lamp. part. 3. c. 2. §. 14.* vel per vota majora, quo etiam tendit *A. B. t. 2. art. 2. his verbis : non separentur, nisi prius major ipsorum pars &c. art. 3. per ipsos vel majorem ipsorum partem &c. Wurms. d. I. P. Ex. 7. §. 2. Monzambano d. St. I. Germ. c. 4. §. 5.* Si paria sint Electorum suffragia, aliis hunc, aliis illum pro Cæsare foventibus, Jure ad electionem proceditur de novo, nisi vota pondere judicare liceat, aut relationibus & correlationibus ritè habitis, hi illis cedant, una cum

Cyriac. Lent. d. Stat. R. R. nobis est sententia, sin
 vi, armis & facto agatur, nec rationi amplius
 concedatur locus, Deus & fortuna providet;
 omnem autem fortem, tanquam iniquam re-
 putamus. Cyriac. Lent. d. l. Author Aphor. Polit.
 lib. 1, disc. 12, Schönb. Pot. lib. 2, c. 2. Class. Polit.

THES. V.

SAnxit & Carolus IV. ut locus Electionis
 Sordinarius sit, nempè Francofurtū ad Mœ-
 num, cum verò jam Augustæ Vindellicorum
 conveniant, de re erit scire: An liceat locum
 mutare, & cui? Cum leges de loco & tempo-
 re [30, scilicet dierum finiendæ electionis. *A.*
B. t. 3. art. 3] non tantum firmitatis habeant,
 quin mutare nequeant; dum de essentia ele-
 ctionis non sit locus. Et quis dicat, Electiones
 alibi ritè institutas, propter mutatum lo-
 cum, iniquas & nullius esse momenti? docent
 insuper id exempla Ferdinandi I. Coloniae
 Ubiorum; Rudolphi II & Ferdinandi II Ratis-
 bonnæ; & Ferdinandi IV. Josephi etiam nunc
 hodierni Augusti Vindellicorum. Hinc & im-
 posterum certas propter circumstantias ac
 ponderosas rationes id fieri posse, [cùm con-
 suetudo sæpe usitata, novum constituat jus,]
 quis disputet? Siquidē ipsam *A. B.* addit cau-
 telam.

telam. c. 28. §. 5. in fin. verb. nisi, præmissis omnibus, sive eorum alicui impedimentum legitimum obviaret. Insuper solis Electoribus, sed omnibus, non modò Moguntino, jus mutandi & locum transferendi competit, idquè exercùere anno 1653. à Ratisbonna Augustæ Vindelicorum se recipientes, & Electionem & Capitulationem Ferdinandi IV. promoventes. Moguntini autem est, ut loco unanimiter electo, litteras intimationis, quas ita vocat A. B. Electoribus mittat, quibus tempus, intra quod se sistant, pro more decernitur, id verò possidet nō ut ArchiEpiscopus, sed ut Elector, Princeps & Collegii Electoralis Præses *Romelm ad A. B. dissert. i. th. 24. Buxdorff. ad eand. conclus. 15. lit. c. Wurms. d. I. P. Exert. i. th. 4.* Proinde Capitulū tempore faciendæ electionis vacante sede Moguntina, nec habet jus intimationis, nec coronationis, quippe hæc ad Electoralia, non Episcopalia pertinent. *Lim. ad A. B. c. i. §. 18. obs. 3. Svved. Introduct in J. P. part. spec. sect. i. c. 2. p. m. 214. Buxdorff. conclus. 18. Maurit. d. Orig. Elect. c. 2. th. 5.* Nec nos movet hîc canon iste, Capitulum sede vacante idem posse, quod potuit Episcopus; cum procedat maximè in iis, quæ Episcopo, ut Episcopo-

piscopo, competunt. *vid. cap. 2. X. ne. sed. va-*
cant. Et hinc est, quod Electores Ecclesia-
 stici electi, licet nondum à Papa conformati,
 non scilicet ut Clerici, sed ut Principes Impe-
 rii ad Comitata vocentur. Ità Daniel Mo-
 guntinus electus. *R. 7. 1555. Colonienses. R. 1.*
1556. 59. 64. 66. 83. Trevirensis Jacobus ele-
ctus. R. 1. 1571. 1576. subscripserunt. Audi-
 unt insuper tales dies apud nos; Collegial-
Schurfürsten-Wahltag. Et à Comitibus aliàs
 Universalibus tam ratione Originis seu Effi-
 cientis, quam ratione finis seu effectus maxi-
 mè distinguuntur. *Schonborn. Polit. lib. 4. c. 38.*
§. 8. Et particularia ad meliorem suorum dif-
 ferentiam nominantur. *Cell. Polit. l. 2. c. 17. §. 7.*
Monzambano d. Stat. Imp. Germ. c. 5. §. 23. 24. §.
23. Bæd. Polit. l. 21. cap. 1. 2. 3. 4.

THES. VI.

ET licet nullam neque in Aurea Bulla, neq;
 alibi habeamus constitutionem, quam
 Ottonis III., cujus mentionem facit *Buxdorff.*
Conclus. 31. ad A. B. expressè prohibentem, ne
 alius nisi Germanus in Regem Romano Ger-
 manicum eligatur: Interim prægnantes ob
 causas, quas exhibet *Reinking. f. R. S. S. E. lib. 1.*
class. 3. cap. 4. id usu receptum videtur ac con-
 suetu-

suetudo hæc inmemorabilis sanctè hæctenus in
 Imperio conservata est, ut docet *Herm. Herm.*
c. 8. quest. 10. Dan. Otto. d. 7. P. c. 8. in A. B. c. 2. Sem-
 per enim Germaniæ Princeps majorem erga
 suæ gentis subditos fovebit animum, quam
 exteri, uti benè argumentur *Wurms. d. I. P. Ex.*
1. th. 1. quippe grave est alieno parere; quod
 Schythæ ad Alexandrum Magnum sic lo-
 quentes abunde affirmant: *nam ut major*
fortiorque sis quam quisquam, tamen alie-
num dominum nemo pati vult. *Curt. lib. 7 c. 8.*
 Et quis dubitet de humilliori magis erga Re-
 gem & futurum tandem talem Imperatorem
 subditorum respectu, cum & Deus talia Isra-
 eliticum populum ipse jusserit. *Deut. 17.* No-
 ta insuper talibus, tanquam S. Imperii mem-
 bris, forma & gubernandi ratio, hinc ex u-
 troque latere omnigena sperari potest salus,
 Reipubl. nostræ utilitas, ac commune com-
 modum; varia porrò adducunt argumenta,
Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 3. c. 4. n. 10.
Obrecht. d. Jurisd. lib. 2. c. 2. n. 13. Scheff. d.
Orig. & potest. modern. Elect. conclus. 33. Duk:
d. Author & Us. J. Civ. lib. 2. c. 2. §. 3. Author
Aphor. Polit. lib. 1. disc. 17. Horum usus olim
 Mogun-

Moguntunus Elector pro Carolo V. contra
 Trevivensem ArchiEpiscopum, Francisco
 I. Gallia Regi suum dare votum satagentem,
 iisdemq; prævaluit. Nullum autē dubium no-
 bis est asserere, tam Augustanæ Confessioni
 vel Religioni Reformatorum, ut audiunt,
 quam Catholicæ Romanæ addictum, eligi
 posse in Imperatorem. Dissentit hac in re.
Caninius ad A. B. p. 115. refutatus à Carpz. &
Pantz. quest. 2. Disput. feud. secund. Carpz. Ma-
net tamen & hoc in passu vera Lym. sententia
d. I. Publ. tom. 2. addit ad lib. 2. c. 2. n. 88. in fin. vid.
Schleidan. lib. 1. comment. Dicendus autem est
 Germanus, etiam qui patre vel avo Germa-
 no natus est. *Arum. vol. 1. disc. 6. Herm. Herm.*
c. 8. quest. 11. & seq. Cæden. Cons. 1. Cum Origi-
 nem Patris filius sequatur. *L. assumptio 6. §. 1.*
ff. de municipal. præcipuæ in munerum & ho-
 noris dignitate capescendâ. *L. filios. 3. C. d.*
Munic. & Origin. Quod ipse Carolus V.
 Ferdinandus I. Fridericus II. comprobant.
Matth. Steph. d. Furisd. Lim. 2. part. 1. n. 90. Rume-
lin. ad A. B. p. 1. dis. 4. in coroll. circa fin. Buxdorff.
ad A. B. conclus. 31. lit. c. Reinking. R. S. & E. l. 1.
clas. 3. c. 4. n. 12. & seqq. Schönbr. Polit. lib. 2.
 c. 3. §. 2.

THES.

25
THES. VII.

SOlet. l. ad rem. 8. ff. de mun. & honor. l. 2. §. fin.
ff. de I. immunitatis, vetare, ne publicæ di-
gnitates & honores Juvenibus ante 25. æta-
tis annum conferantur, etiam si necessitas pe-
nuriæ hominum requirat. Sicque in veteri
Francorum Regno ante 24. ætatis annum ne-
mo in Regem ex eorum lege promoveri po-
tuit, ut recenset Goldast. Tom 2. vol. 2. p. 4. Id-
que optimâ ratione, cum regere non posse
Imperium juvenile vitium sit, ut inquit Seneca
in Troade, talemque juvenem Regem Sacra
Scriptura ipsa deplorare videatur, his verbis:
Væ populo cujus Rex puer est! Ecclesiast. cap.
10. vers. 16. Hinc an ætas sit ponderanda jure
quæritur? Nos libenter fatemur meliori ac
saniori ratione Regem eligi maturæ ætatis ac
judicii prævalentis. Si enim utilitas S. Im-
perii necessitatem in exteras abeundi pro-
vincias Imperatori imponat, vel cum præ-
matura rapiat mors (quod humanum & nil
ab eo, licet summo, alienum putandum, ut
Cristicola quidam religiosè sentit vid. Caro-
lus V. in Synops. Hist. Hildebr. p. m. 235.) quæso quæ
rerum facies, quis gubernandi esset modus?
Nonne varia & quamplurima imò pessima

D

Sacro-

Sacro-Romano-Germanico Imperio inde
 oriantur incommoda. Interim necessitate
 urgente, & si ex usu Rei Romanæ sit, potest &
 puer ætate scilicet & annis, non moribus &
 Judicio talis, octo annorum ritè eligi: quod
 apud Henricum IV. vidimus. Ladislaus
 Rex Ungariæ 12. anno ætatis Regni admini-
 strationem sibi usurpavit. Necessariò au-
 tem requiritur hic paterna voluntas seu con-
 sensus: benè itaq; Capit. hod. Joseph. proem.
 circ. fin. ait: Auß freyen und hierzu gegebenen
 Väterlichen auch gnädigen Willen etc. Nam tanta
 Regis non est in omnibus libera voluntas, ut
 quælibet pro lubitu agere, absq; consensu ac
 Statuum S. Imperii deliberatione, possit. Por-
 rò talis Regis in tam tenera & juvenili ætate
 electi Capitulatio, certè à Proceribus Imperii
 tam arctè semper foret conscripta, ut in casu
 isto ante completam Majorennitatem &
 præter opinionem eveniente, quem tamen
 nullo modo sperare volumus, nil prorsus ei li-
 ceat. Hinc ult. art. Capit. hod. Joseph. probè
 disponit: Omnem Imperii Administratio-
 nem, emergente hoc casu, penes Vicarios Or-
 dinarios, Saxonem & Palatinum, usque ad
 completum Regis electi decimum septimum
 fore

fore annum, ita tamen, ut omnia Nomine Regis fiant & gubernentur. *art. d. 47.* Wir sollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung etc. Imo reiterato quasi juramento dein per Recognitionis litteras, vulgo *Revers*, de novo se obligare tenetur. *d. art. ult.* Potest verò tandem Rex eligi vel petente Imperatore, ut Carolo IV. desiderante, Wencelaus, ut aliis alii; vel etiam invito Imperatore, per Capit. Ferd. III. *art. 39.* Von freyer Wahl und Berechtigtheit der Vicarien, his expressis verbis, ohne eines regierenden Kaisers Consens &c. Si scilicet omnes Electorum prægnantes Electionis rationes sine ullo respectu & sufficiente causâ deflectat: Wann derselbe auff angelegte Bitt der Churfürsten ohne gnugsame und erhebliche Ursachen geweigert werden solte. *Repetita legis verba Capit. Cas. Ferd. IV. art. 36.* confirmata & magis absoluta habes in *Capit. Cas. Majest. LEOP: 1. art. 36.* Die Churfürsten / Ihre Nachkommen und Erben zu jederzeit bey Ihrer freyer Wahl eines Römischen Königs / nach Inhalt der güldenen Bull / und dieselbe jedesmahls / und auff alle Fall / wann sie es vor nöthig und zu Erhaltung der Grund Gesetze und dieser Capitulation, oder sonst dem Heyligen Reich nothwendig / und nützlich

lich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen
 Käyserg / mit und ohne desselben Consens vorzu-
 nehmen etc. Ipsissima pariter hæc habentur
 verba art. 35. Und insonderheit sollen und wollen
 Wir etc. *Capitul. Hodier. Josephi I.*

SECTIO TERTIA.

*De Regis Romano-Germanici
 Definitione, eoquè con-
 stituto.*

THESIS I.

Juxta superius Sect. I. Thes. 5. Denomina-
 tam methodum, quam hætenus bona cum
 DEO secuti sumus, aggredimur jam secti-
 onem tertiam, exhibentem Regis Romano-
 Germanici Definitionē, ut & constituti con-
 templationem: Placet itaq; eum ita definire.

REX ROMANO-GERMA-
 NICUS EST PERSONA
 PUBLICA, AB ELECTO-
 RIBUS LEGITIME ELE-
 CTA,

CTA, UT FASCES REIPUBLICÆ ROMANO-GERMANICÆ, NECESSITATE SVADENTE, VEL TANQVAM VICARIVS, VEL VT LEGITIMVS CÆSAREÆ MAJESTATIS SUCCESSOR TENEAT.

THES. II.

EXplanationem nostræ definitionis paucis addere, non incongruum videtur. Dicitur autem primo, est *persona Publica*, ad distinctionem privatæ; quæ hoc nomine veniant, neminem prætereunt: quo sensu & quilibet in sua Domo Rex non malè appellatur à Dn. *Reinkingio de Reg. dec. & Eccles. lib. 1. class. V. cap. 6. n. 165. 166.* Illo autem omnes Magistratus, qui Reipublicæ curam agunt intelliguntur. *vid. §. 5. Instit. d. Attil. Tut. §. 3. Instit. d. Adopt.* Personæ enim considerantur cum suo statu ac munere, in quo in vita communi

versantur, indequè denominationem accipi-
 unt; de quarum divisionibus ac subdivisioni-
 bus legere est apud *Samuelem Puffendorff. d.*
1. Nat. & Gent. lib 1. c. 1. § 12. inde & nobis
 meritò genus est. Differentiam specificam,
 quæ huic rei dat esse proprium, exprimunt
 verba sequentia: *ab Electoribus legitimè electa.*
 Hæc enim Regi Romano-Germanorum
 soli, sed omni & semper conveniunt, &
 idem est, ac si positum sit, suffragiis Electro-
 rum, vel eorum consensu, de quibus eorum-
 què suffragii jure supra jam actum *th 3. & 4.*
sect. 2. Hisce vero, legitimè electa, modus
 indicatur, quod scilicet hæc dignitas ac Re-
 gia Majestas non sit hæreditaria, sed Electitia,
 uti & omnis S. Imperii Imperator & Rex,
 quamcunque successionis ab intestato spe-
 ciem abjurare, sequè firmissimo obstringere
 tenetur juramento, ne quocunque id modo
 prætendat, ut dictum *th. ult. sect. prioris:* Quæ
 autem ad legitimam Regis Romani-Germa-
 nici Electionem, tam quoad essentialia, quam
 ceremonialia pertineant, docet *A. B. per t 2. 3. 4.*
 Causa impulsiva indicatur his: *Necessitate sua-
 dente.* Quoties enim Ratio Statûs id requirit,
 vel ut eam non ineptè definit *Conringius, Dis-
 sert:*

sert. de Rat. Stat. th. 7. p. m. 13. Utilitas Reipubl.
 postulat, Electio hæc suscipiēda, quod & ver-
 ba sibi volunt omnium inserta Capitulationū
 articulis: Wann Sie es vonnöthen zu seyn / noth-
 wendig und nützlich befinden. sic & hodiernam
 susceptam fuisse, verba in *pr.* posita statim in-
 dicant: Auß bewegenden / trifftigen Motiven
 und Ursachen. Finis inquam, est duplex, alius
 ultimus, alius intermedius. Verba, *vel tan-*
quam Vicarius, intermedium exprimunt. Vi-
 cariatū autem suscipere tenetur, quoties
 Imperator impeditur, quin præesse queat
 tantis S. Imperii oneribus, quod triplici fieri
 poterat modo: Vel enim Reipublicæ olim
 requirebat utilitas, ac commune totius Im-
 perii interesse, ut ajunt, ut exteris visitet pro-
 vincias, diciturquē absentia Reipublicæ cau-
 sâ. Quod quamplurimis, præcipuè vero
 Ferdinandi I. à Carolo V. maximè in id de-
 siderati, probari potest exemplis. Schönborn:
Polit. lib. V. cap. 19. § 1. p. m. 540. Secundum
 impedimentum est morbus, ægrotante enim
 graviter Imperatore, ne damna sentiat. S.
 Imperium, vices Ejus quis gerat necesse est:
 Hinc Rex perpetuus S. Imperii vicarius con-
 stituitur, ut rectè Reinking. *d. Reg. Sec. & Ec-*
cles.

cles. lib. 1. class. 3. cap. 14. n. 47. non obstante
Pauer meist. d. Jurisd. Imp. Rom. lib: 2. c. 5 p.
 612. Tandem & senium tertium constituit:
 Cum senectus juxta *Senecam* ipsa morbus,
 maximisque vitæ humanæ infirmitatibus sit
 „obnoxia. Et reverà hæc deprædatur eun-
 „tibus annis non florem corporis tantum ac
 „vim, sed animum quoque debilitat, ejusque
 „solertiam vigoremque, si non extinguit pe-
 „nitus, valdè tamen infringit. *Aug. Buchn.*
Orat. Panegy. 6. volm. 1. p. m. 178. Apud Ro-
 manos olim haud publicum munus, vel mi-
 nus quid, sexagenario concedebatur: Sic
 quinquagenarium lex non cogebat militem;
 sic sexagenarium Lex non citabat senato-
 rem. *Senec. d. Brevit. vit. cap. ult.* Et Nerva
 Imperator quâ aliâ causâ sibi adjungere Im-
 perii consortem coactus est, quam senii &
 orbitatis suæ optime conscius, gnarus? *test.*
Cluv. Epit. Histor. tot. mund. p. m. 275. Impera-
 torem vero senescentem, & per tot Olympi-
 des non minus felicissimè quàm laudatissimè
 regnantem, omni Cæsareâ exuere Potesta-
 te, & impium, & Germanis certè turpè foret.
 Finem Electionis ultimum subministrant
 hæc: *ut legitimus Cæsareæ Majestatis sit Suc-*
cessor.

cessor. Succedit vero vel vivo adhuc, vel mortuo, dum omnis successio his duobus procedere modis tantum possit. De morte verba facere, superfluum nobis videtur, cum nullum lateat, ac nil aliud sit, quam discessus animæ à corpore. Vivo autem Rex Romano-Germanicus in Cæsareæ Majestatis plena imperandi potestate ut succedat Imperatori, dupliciter evenire potest. Est enim hæc successio alia liberæ voluntatis, alia coactionis; non quidem ex parte Regis, ad tantum demum eò casu supremum honoris fastigium adspirantis, sed ejus, qui idem tenuit. Voluntariam itaque eam nominamus, si Imperator gravissimas ob causas se spontè Imperio abdicat, vel ut hodie loqui amant, resignat: sic in ipsis Imperii tempestatibus, Imperii Dignitatem, abdicando se, in fratrem Ferdinandum transtulit Carolus V. *vid. Cluv. Epit. histor. tot. mund. d. Car. V. p. m. 678. b. Lym. d. Jur. Publ. Tom. 1. lib. 2. cap. 15. n. 31.* Coactionis bifariã fuisse speciem docet *Caninius in discursu ad A. B. p. 43. & seqq.* Primo, quando Pontifex aliquem Imperatorum excommunicat, eumquè Imperio, ut rebellem Ecclesiæ, privat; ut contigit Rudolpho, Duci Sueviæ, qui

E

exiguo

exiguo imperavit tempore, à Gregorio septimo ab Imperio remotus ; Et Comiti Hollandiæ Wilhelmo, ab Innocentio Quarto in Consilio Lugdunensi. Cum vero nostris sanè temporibus non tanta ampliùs Pontifici in Imperatores, ne quidem in Reges, sit potestas, imò prorsus abolita iudicetur, meritò & hìc eam repudiamus. Secundò, quando vel propter fidem violatam, vel inhabilitatem Personæ, vel alia talibus æquipollentia, Imperator ab Electoribus à folio deturbatur: Et ne in omnium incurramus odium, brevitatem amantibus sufficiat hòc locò nobis unicum Wenceslai exemplum. *vid. Matt. theat. in eod. Hildebr. Synopsis ibid.*

THES. III.

Possemus breviorè aliquam addere definitionem, licet non explicitè, sed intrinsicè totam Regis nostri absolventem essentialiam; si scilicet eum nominemus: Legitimum & infallibilem Cæsareæ Majestatis successorem, vel ut eum *Reinking. d. R. S. & E. class. 3. cap. 14. §. 9.* nominat, indubitatum. Et inde est, quod Ferdinandus eo usus sit titulo in *R. I. 1559. pr.* *Als Ihro Kaysertl. Majestät / im Fall der Erledigung des Kaysertums unzweiffendlicher rechter*

rechter Successor. *vid. Lym. Tom 1. L. 2. c. 15. n. 35.*
 Porrò si accuratiori eam contemplamur
 mente, non plùs nec minùs in hâc quam su-
 periori efficacitæ & virtutis esse illicò patebit.
 Sed contenti priori, accingimus nos quæsti-
 onibus ipsa ex definitione profluentibus. Au-
 dit semper Rex Romano-Germanicus, hinc
 quo Jure eo gaudeat nomine, Politici inter
 se se valdè disquirunt. Quo sensu eum nos
 Regem intellectum velimus, indicatum *thes.*
3. sect. 1. Rectè autem eum Romano-Germa-
 nicum dici, inde cõstat, quod Decus Romani
 Imperii primo ad Græcos Constantinopo-
 lim, sede Imperatoriâ translata, & dein ad
 nos Germanos per Carolum Magnum per-
 venerit. Si igitur Imperatores & Principes
 Byzantini Romano titulo se privati haud
 passi sunt, veluti apparet ex *l. 35. pr. C. d. in offic.*
test. N. 1. pr. præm. Quis & hunc nostro his de-
 negat ævo? Domicilii enim mutatio non
 tantùm valet, ut quis suum Jus, Dignitatem
 ac Nomen amittat. Insuper Nomen prin-
 cipio ortum quidem esse à Româ tanquam
 Matre non negamus: Quod autem Roma
 hîc continentibus ædificiis finiatur, juxta *l. 2.*
pr. ff. d. V. S. minimè concedere possumus,
 E 2 cum

cum Nomen Imperio non ratione mænium
 & ædificiorum, quæ Romæ sunt, sed digni-
 tatis, præminentia, felicitatis & virtutum
 adjudicatum sit, quibus nos adhuc adjicimus
 recordationem Originis. *Wurms. d. J. P. Ex. i.
 th. 10. Author der Beschreibung des Heyl. Röm.
 Reichs Teutscher Nation. part. 1 cap. 1. § 2.
 Dück d. Usu § Auth. J. C. lib. 2. c. 2. Grundveste
 des von Heerdens pr. p. 1. c. 1. Nec ullo modo
 approbare possumus Hugonis Grotii, Viri
 alias Celeberrimi, sententiam, tanquam cor-
 dationibus omnibus jure exosam: Quippe in
 favorem Papæ eam defendere conatus erat;
 hinc non malè Eum Papæ Gnathonem ap-
 pellat *Swicerus in suo compendio Juris B. & P. ad
 Hug. Grot. Quibus hac in re copia placet, le-
 gant Lymnæum, Speidelium Lentulum, lib.
 5. c. 2. Brevitatis autem amatori commen-
 damus Dissertationem Bacleri d. S. R. Imp. ad
 Vocab. Romanum. Reinking. d. R. S. & E.
 lib. 1. class. 2. c. 3.**

THES. IV.

CUM verò omnis Rex Romano-Germa-
 nicus per Capitulationem ad certa faci-
 enda omittenda ve adstringatur, ita, ut non
 omnigenam sive plenariam habeat volunta-
 tem

tem nec omnia ei liceant, quæ lubent, non mediocris indaginis erit quæstio: An Regia Majestas per Capitulationis articulos diminuat, nec ne? Verum impossibile est, quod ens diminui vel privari eò possit, quod nunquam habuit, hinc ante quàm prior solvatur videndum: Num Regi Romano-Germanico Majestas competat? Et non immeritò dubitatur, quippe superiorem nempe Imperatorem recognoscit; Rex enim Imperatorem Dominum suum dicit. *R. J. de Anno 1555. in fin. §. solches alles und jedes wie obgeschriben.* Imperator vero Regi saltem tribuit titulum, *Seiner Liebden. R. I. zu Spener de Anno 1554. §. Und dieweil aber Wir. Ordin. Cam. p. 1. Tit. Reinking. class. 3. lib. 1. c. 14. n. 69. & 70.* Hoc autem cum Majestatis natura acerrimè pugnare palam est, quæ præter DEUM & ens sem nullum agnoscit superiorem. Porro, unam in Imperio tantum Majestatem, eamquè penes Imperatorem residere communis & infallibilis est conclusio. Eandem fermè movet quæstionem de Imperatore *Bodinus d. Republ. l. 2. c. 6.* egregiè vero refutatus à *Dno. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 2. c. 2.* Denegat pariter Regi Romano-Germanico Majesta-

tem *Wurm.* d. *J. P. Ex. 3. th. 3.* Otto d. *I. P. Imp. 15.*
in fin. Paurmeist. d. Jurisdic. lib. 2. c. 5. n. 8. Carpz.
d. L. R. G. c. 11. sect. 5. n. 23. Rumelin. p. 3. D. 2. th. 6.
 Primò intuitu Nobis hâc in re tam ardua,
 maximequè difficîli iudicium suspendere
 nostrum non iniquum videtur, cum Rex Gal-
 liæ præ omnibus aliis prærogativam ac emi-
 nentiam prætendat Regibus, cumquè ipsa
 hæc præcedentiarum in Comitibus jam olim
 agitata quidem, sed nondum decisa sit quæ-
 stio. Interim cum Electores, qui juxta *Heig.*
part. 1. quæst. 4. n. 5. Et in *Relfend. Heromontani*
tractatu de sum. Princ. Germ. Potest. cap. 11. p. m.
 168. Regibus æquiparentur, jurequè Regis
 quilibet censeatur, ut *Reinking. lib. 1. class. 4. cap.*
3. n. 29. inquit, Majestatem habeant, contra-
 què eos crimen læsæ Majestatis committa-
 tur. *A. B. t. 24.* Quis hinc inficias ibit, & in
 Regem Romano Germanicum crimen læsæ
 Majestatis committi posse, uti *Gigas tract. de*
læs. Majest. Myns. consc. 44. n. 10. *Reinking. d.*
R. S. G. E. lib. 1. class. 3. c. 14. n. 68. Quippe omnis
 Nostræ Reipublicæ gnarus, proximum
 Regi post Imperatorem locum, & ita ante
 Electores ac consequenter præ exteris Regi-
 bus, ob S. Imperii præ eminentiam ac Digni-
 tatem

tatem, jure debere, semper profitebitur.
Wurms. d. 7. P. Ex. 3. th. 24. Hisce igitur palam
est, nos ad stipulari sententiam affirmantibus,
additâ tamen hâc cautelâ, dum distinguimus,
in titulo Majestatis cum *Bœclero Not. S. R. Imp.*
lib. 4. cap. 1. inter significationem strictè dictæ
potestatis, & significatum Curialis honoris
ac latè sumptæ: Dein inter Majestatem abso-
lutissimam & absolutam ceu excellentiori
sensu acceptam ac vulgari. Velut *Svederus*
Introducet. in 7. Publ. distinguit: inter Maje-
statem, ut summum sub uno Deo Imperium
denotat; & ut Dignitatem à summo Imperio
emanentem designat. *d. tract. part. spec. cap. 1. n.*
13. vocab. Majestatis. p. m. 195. Tandem nostram
corroborat sententiam, quod i. quibusdam
Majestatis gaudeat Juribus, de quibus *th. 6.*
seq. sect. b. 2. quod in conventionem Cadawian-
na in *Cadawischen Vertrag* / aliquoties Ei Ma-
jestas adscribatur, & ipsa 3. in *R. I. zu Augspurg*
de Anno 1548. subscriptione hæc leguntur
verba: *Röm. Königl. Majest. Sammerer. vid.*
Danckverths Instit. I. P. lib. 3. c. 5. p. 327. *Lym. ad*
Capit. Maximil. II. art. 18. Hinc 4. est, quod
Imperator in Comitibus Ratisbon. anno 1641.
Omnibus Imperii Statibus litteras ad Reges
Galliæ

Galliæ & Hispaniæ daturis, titulo Dignitatis & Majestatis conjunctim inscriptas, idem dissuasit: Daß man den Krohnen Frankreich und Spanien das prædicatum Majestatis weder conjunctim cum dignitate, noch divisim zu geben/sondern es bey dem alten Stylo, dignitate scilicet zu lassen / mit welchem solches nicht herkommen/sondern bißhero allein eines Röm. Käyser und Königs Majestät im Reich agnosciert worden. *Lym. ad Capitul. Rudolph. II. art. 32. verb. Von Käyserl. Majestät. n. 24. seq. p. 528. add. Syxtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 9. seqq. Reinking. d. R. S. d. E. lib. 1. class. 3. 14 n. 16. Bechmann. ad A. B. Ex. 2. n. 29. Lyncker Diss. d. Commiss. Imper. n. 16.*

THES. V.

ITaquè ad priorem nos accingimus, & per Capitulationis articulos nullo modo Regiam Majestatem diminui, sed potiùs firmari, cum Stamlero, Grundveste [des von Heerden] & *Lym. de I. P. Tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 37.* constanter affirmamus. Distinguendum autem merito est inter leges, quæ obligant ex præscripto seu mandato superioris, & quæ ob placiti fidem in Reipubl. salutem ex conventionem obstringunt, *Paurmeist. d. Jurisdict. lib. 2. c. 2. n. 31. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 2. c. 2. n. 108.*

n. 108. Antecedens omnem respuit Majesta-
tem, nec nostro in S. Imperio sedem habet, a-
liàs absurdissimas eliceret conclusiones. Se-
cundam vero acceptilationem defendimus,
quæ & sequentibus nititur fundamentis. Pri-
mò in arbitrio Electi est, annuere articulis
præscriptæ Capitulationis, eamve repudiare.
Vid. Author Interesse des Seyl. Röm. Reichs
c. 3. §. 4. quod autem principio est volunta-
tis, ex post facto dein fit necessitatis. Porro
perfectæ Imperii administrandi spes & infal-
libilis successionis promissio post latam Ca-
pitulationem, in ejus articulos annuenti de-
mum datur atquè conceditur, ut *A. B. t. 2. §. 5.*
requirit. Lampad. d. Republ Rom Germ. part. 3.
c. 2. n. 27. 28. Quam primùm itaquè electus
jura & immunitates Ordinum illibatas fore
ac sanctè se omnes & singulos Capitulationis
articulos servaturum esse, dixerit, jure con-
firmatus censetur, licet coronatio nondum
accesserit; nam ea tantùm Electionem ritè
esse factam declarat, nilquè novi tribuit.
Schænborn. Polit. lib. V. c. 9. p. m. 573. Lent. d.
Stat. Rei Roman. lib 5 cap 3. Constat autem
tres olim Coronas fuisse impositas Electo;
ferream, argenteam & auream, ut docet *Au-*
F *thor*

thor Aphorism. Polit. quarum significatio-
nem explicat. *Sved. Introduct. in 7. P. part. spec.*
sect. 1. c. 2. §. 27. cum seqq. Unius autem men-
tionem nempe Germanicæ *A. B. t. 4.* facit,
quam Elector Coloniensis imponat, *d. A. B.*
t. 4. §. 3. cum autem hoc seculo demum acer-
rimæ hac de jure coronandi lites exortæ fue-
rint, ut docet *Herm. Conring. Assert. Iur. Mo-*
gunt. in Coronand. Reg. & Anti-Conringiana
defensio Juris Coloniensis. Tandem res a-
micabili transactione composita, cujus for-
mulam exhibet *Sprenger. l. 1. c. 29. p. 159. Lim. ad.*
A. B. c. 4. §. 3. obs 4. confirmataque. *art. 37. Ca-*
pit. Leopold. ut scilicet quilibet in sua Diæcesi,
extra vero eam id alternativè habeant. Fiat
quidem Aquisgranæ; Et, si ob impedimenta
maxima ibi fieri haud potest, litteræ reverfa-
les de non præjudicando Civitati dantur.
Porro Papalis Benedictio pariter ac Coro-
natio necessaria non minus, quàm religiosa,
priscis temporibus judicabatur; præprimis
cum excommunicari se Imperatores passi sunt,
adeò, ut absquè ea irrita omnis reddebatur
actio. Ast, postquam distincta prodirent
munera Imperatoris & Pontificis, jure primo
confirmatio Papalis tempore Ludovici Ba-
vari

vari, ut *Sebast. Munst. Cosmograph. Univers. lib. 3. Von dem Teutschen-Land p. 469. §. Und damit ich etc. vult, unanimi Electorum consensu, repudiata, nequè coronatio à Papa tam necessaria amplius judicata, sed omnis dein successivè diminuta est, ut hunc in diem in summum Imperii Caput, etiam secundarium vel Vicarium, ut *Danckvvert eum nominat Inst. l. P. lib. 3. c. 5. p 328. Papæ nulla prorsus supersit Jurisdictio, ipsequè Papa fruatur Patrocinio S. Imperii. per art. 1. Cap. Cas. Leopold. Den Stul zu Rom auch Päbsliche Heyligkeit in guten treulichen Schutz und Schirm halten. add. Bæcl d Not. S. R. Imp. L. 4 c. 1. §. 3. n. 4. p m. 98. Wurms. d. l. P. Ex. 9. th. 14.**

THES. VI.

Operæ pretium erit de Juribus Regis Romano-Germanici quædam addere. Alii plura, alii pauciora ei adscribunt. Nobis non singula, sed majora tantum examinaturis in propatulo statim se offert quæstio: Quam habeat Jurisdictionem? Acriter inter se contendunt D. D. Utramquè eum habere, diverso tamen respectu; nostra est sententia: Demandatam ei esse Jurisdictionem, non propriam, sed Vicariam ac delegatam, id-



què officii seu vicariatûs ratione, quia vices
 Imperatoris subit. *R. I. d. Anno 1555. S.* Und im
 Fall Kays. Majestät. inde dicitur & perpetuus
 Imperii Vicarius, *Capitul. Ferd. IV. art. 47. ibi.*
 So wollen Wir Uns auch keiner Regierung etc.
 weiter oder anderst unterziehen / dann so viel Uns
 des von Kaysrl. Majest. vergönnet und zugelassen
 wird etc. *Diximus ratione officii, quod ipsum*
est ambulatorium, respectu absentis Cæsaræ
Majestatis, dum enim abit, omne id potest
quod Imperator, sed loco ac nomine Cæsa-
ris: dum redit, administratio ipsa in Rege de-
finit, revertiturque ad summum. Quo etiam
tendunt Paurmest d. Jurisdic. lib. 2. c. 5. n. 8. seqq.
Carpz. d. L. R. G. c. II. sect. 5. n. 23. Propriam
 habet, eaque gaudet ratione concessæ sibi se-
 mel Regiæ Dignitatis, vel ut *Svvederus In-*
troductione in I. P. part. spec. sect. 1. cap. 3. p. m.
279. ait: Electionis ratione, definito autem
 modo & tempore. *Becker. I. P. p. 136. & Spreng.*
I. P. p. 156. Thomas. Doct. Imp. tab. 37. ita scilicet,
 ut non semper nec solam sed cum Imperato-
 re teneat concurrentem. Et hoc sensu lege-
 re est in *R. I. zu Speyer de Anno 1542.* Un statt
 und im Nahmen Kays. Majest. Und für Uns selbst
 etc. *S.* So hat man *ibi: S.* Würde sich aber jemand
R. I.

R. J. 1555. §. Wir setzen/ ordnen und wollen. §. So
 sich dann *Lymn. ad Capit. Ferdin. I. art. 2. vers.*
 auch für Uns selbst etc. Idem in variis Ferdi-
 nandi declarationibus observavit *Hadrian.*
Gilman: tom: 1. part: 3. vol: 8. p. 56. & seqq. Hâc
 de materia elegantissimè scripsit, *Lym. d. I. P.*
Tom: 1. lib: 2. c. 15. n. 38. & seqq. Competit & Re-
 gi Romano-Germanico Jus Majestatis, ut su-
 pra dictum, Honoris & Sigilli. *vid. Danck-*
vvertb. Instit. 7. P. p. 329. quod pariter indi-
 catum. Fruitur privilegio de non appellan-
 do, censeturquè idem cum Imperatore habe-
 re tribunal, *c. non putamus & c. de consuet. in 6.*
c. cum Romana & de appell. in 6. jus conferen-
 di dignitates. *R. J. d. Anno 1548. §. Biewohl*
auch: Banni ibidem. §. Und ob jemand Acade-
mias confirmandi: Ord. Cam. part. 1. tit. 3. §.
Desgleichen. Et impedito, vel rejecto vel
 mortuo Imperatore omnia Majestatica jura
 per jus indubitatae Successionis in Cæsarea
 Majestate de R. I. zu Augspurg d. Anno 1559. in
pr. exercere liberè & propriâ valet plenariâ-
què voluntate. vid. Ord. Cam. part. 1. t. 1. §.
Nemlich wollen. Lym. d. I. P. Tom. 1. L. 2. c. 15.
n. 37. Reinking d. R. S. & E. lib. 1. class. 3. c. 5.

THES.

Non negligendum & illud, quando quaeritur : An subjectio quaedam sit inter Regem electum & Status seu Ordines S. R. Imperii? Paucis huic rei definitivam addit Celeberrimus iste Publicista. *Lymn, Tom. 1. Lib. 2. c. 15. n. 38.* inquiens : Principes & Ordines Imperii Regi Electo nullâ tenentur fide vel juramento, nisi post mortem Imperatoris ; addimus, aut si vices ejus gerit : tunc enim quatenus Imperatoris nomine administrationem suscipit, omninò omnis ei præstanda obedientia, quæ subjectionis species : quò etiam tendunt expressa verba gravaminum ratione Electionis Ferdinandi I. in Regem Romanorum ab Electore Saxoniae ejus-
 „ què foliis oblatorum, ita : Principes & Ordines Imperii non tenentur Regi ullâ fide
 „ vel Juramento, nisi post mortem Imperatoris. *Schleid. lib. 8 Histor. p. 129. lib. 9. p. 140. add. Carpz d. L. Reg. Germ cap. 11. n. 15 p. m. 671.*
 An vero obedientia hæc propriam arguat subjectionem? altioris est indaginis, nec nostri hîc instituti. In hoc autem non iniquè inquiritur : An Electio Regis Romano Germanici,

manici, & subsequens S. Imperii continua administratio nil præjudicet Ordinariis Imperii Vicariis Palatino scilicet & Saxoni? Absolutè dicimus, quod non. Primò enim omnis disconvenientia tempore interregni tollitur, certusquè semper, quod & utilissimum & maximè necessarium, habetur Cæsareæ Majestatis successor: Periculosissima enim Regni est conditio, cui Rex & Caput deest, *inquit Justus Lipsius.* Secundo non faciendum malum, ut bonum eveniat, & commodum perdatur maximum; nec Christianum, sua exercendo Jura Privata, totam utilitatem ac salutem Publicam deteriore reddere. Hinc optimè *Jul. Cæs. d. Bell. Gall. lib. 7.* Publicæ salutis causâ rei familiaris commoda negligenda. Tandem dum ipsi consentiunt, Capitulationi & Electioni intersunt, tacito suo totum quasi consensu approbant factum, renunciantquè suis Juribus ratione Vicariatûs, quoad hâc vice forsan obventurum interregnum, quod eò ipsò evanescit accidit. Differentias ultimò Imperatorem inter & Regem habes *apud Danckvverth. Inst. 1. P. lib 3 c 5. Svved. Introduct in J. P. part. spec. sect 1. c 3 p m 277. Lymn. tom. 1. lib 2 c 15. n. 45. Reink lib 1. class. 3. c. 14. n. 69. § 70.* SE-

SECTIO QUARTA.

*indicans**Quibus modis Rex Romano-Germanicus esse desinat.*

THESIS I.

OMnem cum constitutionem excipiat dissolutio, nostræquæ juxta disputationis methodum, hæc sectio modos, quibus tollatur Rex vel esse desinat, subministret, eâ ipsâ finem huic dissertationi facturi, nostram paucis declarare mentem constituimus. Fieri itaque potest quatuor diversis scilicet modis: *Aut* morte, *aut* promotione, *aut* Resignatione, *aut* tandem depositione. Mors primum constituit, quæ ut omnibus rebus ac singulis mortalibus ita & Regi nostro Romano-Germanico esse denegat. Pauca autem habentur exempla, Regum, ut Regum nec in Cæsaream Majestatem adhuc promotorum, de qua infallibilis Eis spes, extinctorum; adeò, ut vix ullum, excepto Ferdinando IV. Augustæ Vindelicorum Anno 1653. electo, & Anno 1654. 9. Jul. defun-

defuncto, ante adeptum pariter summum Imperii Gubernaculum, reperies. Hunc sequitur promotio: Quamprimum enim Imperator moritur, plena Ei adscribimus Majestatis jura, omniaquæ eum posse, quæ Antecessor ejus valuit, certè profiteamur, nisi aliter suæ in Capitulationis articulis cautum, indequæ vel majora ei concessa, vel priora diminuta fuerint. Statim enim Imperator salutandus, quam primum modo extremum Antecessor vitæ exhalavit halitum, Imperatoriâquæ autoritate, propriâ scilicet, non demandatâ amplius eum regnare, communis omnium est sententia, etiamsi nondum Cæsareâ coronatus sit Corona. *vid. Schönborn. Polit. V. c. 9. p. m. 522. 523.* Dum vero mortuô Imperatore id adipiscitur, nonnulli quærunt: An Antecessorum facta & actiones approbare teneatur? Nos quæstionem hanc non adeò difficilem esse censemus: cum Potestas Imperatoris nostris temporibus, non tam laxa & ampla sit, ut absquæ Electorum & Statuum pariter, si moram patiatur res, consensu in rebus Gravioribus ad S. Imperii Interesse spectantibus, aliquid jubere vel statuere possit, per *Capit. Leopold. art. 39.* his verbis: **Wir sollen**

G

sollen

sollen und wollen auch in wichtigen Sachen / so das Reich betreffen / und von hohen præjuditz und weittem Außsehen seyn / bald anfangs der Churfürsten / auch nach Gelegenheit der Sachen / Fürsten und Stände Rathbedenckens Uns gebrauchen / und ohne dieselbe hierinnen nichts vornehmen. Quæ vero absquè Electorum & Statuum consensu , in rebus Imperatori permissis , antecessor ordinavit ipsiquè Electores & ordines , observando , vel tacitè annuendo confirmavère , iis omnino omnem tanquam Capitulationi non averfantibus , nec Publico nocentibus , sed potius corroborantibus , concedere auctoritatem tenetur , nec quicquam propriâ potentiâ iisdem detrahere valet. *Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 3. per tot. cap. 10.*

THES. II.

REstant duo posteriores, quorum alter liberæ voluntatis, alter coactionis; ut superius in Definitionis explanatione diximus. Illum modum nominamus Resignationem, de quo *Hug. Grot. d. I. B. & P. lib. 1. cap. 4. §. 9. sic:* Si Rex Imperium abdicat. Nos hæc, ad nostrum accommodantes statum seu materiam, ita damus: si Rex spem successionis in Cæsareâ Majestate semel captam, datamquè fidem

fidem ob gravissimas retrahit causas. Inter alias autem tanti ponderis causas, est: si senio fractus, vel morbis continuis obnoxius eam obire recusat, novæquæ electionis, ad Summum hoc fastigium, quod ei soli patet, ipse abdicando se, prima ponit fundamenta; Si quam plurima jam alia tenet Regna, post electionem demum sive hæreditario, sive alio quocunque jure acquisita, cum quibus S. Imperium salvum ac imperturbatum, ab uno eodemquæ imperante gubernare nequit; Et quæ aliæ &c. Sufficiat, quod causæ debeant esse gravissimæ. *vid. R. I. zu Augspurg d. Anno 1559. in pr. Auß mercklichen/grossen/dapffern und trefflichen Ursachen. Lym. de I. P. Tom. I. lib. 2. c. II.* Vel si hoc non proprio facit motu Rex, dene-gari ei potest summa S. R. Imperii admini-stratio ab Electoribus & Statibus, quod no-bis quartum dissolvendi exhibet modum, de quo dein, thesi sequente, plura. Debet autem abdicatio seu Resignatio ritè fieri, id est, con-sentientibus Electoribus; *Schadæus in summo Argentoratensium templo. cap. I. p. II. Mit Vorwissen des Heyl. Reichs Churfürsten / überlassen/ resignirt und übergeben.* Nec omnis approban-da renunciatio; quod docet exemplum Hen-



rici Secundi, licet Imperatoris, de quo legere est *Lym. d. J. T. Tom. I. lib. 2. c. II. n. 14. Lampad. d. Republ. R.-Germ. Part. 2. §. 9.* qui eam ita definit: Resignatio est libera Cæsaris voluntate ritè facta Imperatoriæ Potestatis abdicatio. *Ibid. §. 7.* Sequentibus egregiè de potestate Pontificis in Imperatores differens.

THES. III.

PRæmissâ modo thesi, quartum primis labiis attigimus modum, nempe Depositionem. Difficilis perquam, & periculosissima est hujus rei commendatio; tantisque obruta spinosis connexionum thematibus. Omnium autem fons & origo inde fluit: An Regem semel electum iterum amovere liceat? Scrupulum injicere videtur, quod semel sit electus, indubitatusque Cæsareæ Majestatis successor, cui nullo modo summa rerum denegari possit; Verum vero, sicuti Imperator ipse deponi potest; uti omnes Publicistæ & Politici firmissimis argumentis rectè concludunt, ita & Rex: Porro nullo quidem modo summa ut diximus rerum Ei denegari potest, si scilicet promissis stat, nec nefanda ac S. Imperio periculosa contra Capitulationis tenorem molitur; aliàs benè. *Quem- admo-*

admodum enim hæc dignitas & Regia Ma-
 jestas ei confertur , ita & ei aufferri meritò
 potest. Huc etiam tendit, quod habet *Hug.*
Grot. d. J. B. & P. lib. 1. c. 4. n. 9. & II. si scilicet
 Regnum prorsus pro derelicto , tempore
 commissæ sibi ab Imperatore administratio-
 nis, habendo; vel negligentius tractando; vel
 violatâ fide Regnum hostili animo ad totius
 exitium deteriorando ; vel contra Capitu-
 lationis articulos , quocunquè id fiat modo ,
 sciens & volens agendo, ansam ipse se exau-
 thorandi præbet. Quæ exauthoratio nil
 aliud est, quàm rescissio omnis spei infallibi-
 lis successionis in Imperatoriam Majestatem.
 Rarissimè autem hoc modo proceditur, &
 quidem non malè; dum quævis potius tolle-
 randæ, ac quocunquè modo declinandæ hæ
 sint dissentiones, quàm remotio suscipienda,
Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 1. cap. 5. Si vero
 aliter consuli Publico non potest, aut impe-
 diri, quin Rex ita in Regnum grassetur, tunc
 Electoribus depositio & exauthoratio com-
 petit, tanquam Proceribus Imperii, qui no-
 mine Omnium Ordinum & Statuum id sub-
 eunt officii. Ut clare habemus *apud Sebast.*
Münst. Gosmograph. Univers. lib. 3. p. 469. Bon



Dem Teutschenland. Cap. Von den Reichsstätten.
 §. Es ward auch König / ubi & legere est diplo-
 ma Electorum exauthorationis. Et licet a-
 liis in causis nempe Civilibus & Pecuniariis
 peculiarē suum habeat Judicem, Electorem
 scilicet Palatinum, de quo disponit *A.B. cap. 5.*
§. Et quamvis Imperat. Hoc tamen, tanquam
 causa gravior, totum ad Electorale Collegi-
 um pertinere, communis DD. sententia est.
Cyriac. Lent. ad A. B. d. cap. 6. §. Wehner. in pract.
observ. verb. Außträge. Nec dubitandum,
 quod tale Diploma communi Electorum
 consensu latum exauthorationis sit authen-
 ticum. *Bæcl. d. Not. S. Imp. lib. 4. c. 1. §. 5. Lym. d.*
I. P. Tom. 1. lib. 2. cap. 11. Lampad. d. Republ.
R-Germ. part. 3. c. 2. §. 10.

SOLI DEO GLORIA.



Patria



PAtria dum mittit lætos ad sidera plausus,
 Et, ROMANE, Tibi, REX, Hofianna canit.
Eybius en ! tanti rimatur culmen honoris,
 Regia Majestas quo sit habenda loco.
 Sic nobis studium, sic mores approbat aptas,
 In Regem pietas ut patet atquè Deum.
 Perge ità virtutem priscis conjungere ceris,
Eybi, & eris geminæ Nobilitatis apex.
 At Deus egregiis porrò conatibus adsit,
 Ut patriæ, ut Domui sis decus, atquè Tibi.

*Paucis his Generoso & Nobilissimo
 Domino ab EYB insigne hoc eru-
 ditionis specimen ex animo gra-
 eulatur*

PRÆSES ac HOSPES.



Ad Generosum & Nobilissimum
DOMINUM ab EYB.

DUm fortes alii pro patria excubant,
 Et quæ Turca ferox finibus Imperi
 Et Gallus pariter perfidus abstulit,
 Ferro restituunt vindice strenui:
 Tu pacis placidis deditus artibus
 Diverso repetis tramite lauream.

Illas

Illas arma juvant & lituo tubæ
 Permistus sanitus: Te capiunt libri
 Musarumquè chorus semper amabilis.
 Illis cæde virum, vi, spoliis, dolo
 Et versis petitur nomen ab arcibus:
 Tu sacris operans justitiæ vigil
 Conservas homines, rem, decus, oppid.
 Illi purpureo non sine sanguine
 Æternam pariunt laudis adoneam:
 Te virtus, pietas, Te sapientia
 Dis miscent sùperis, quæ nisi sint domi,
 Nil sudor foris est, Martius aut labor.
 EYBI, perge sacro currere tramite:
 Sic Patri studium, sic animum bonis
 Constantemquè probans Imperio fidem
 Sublimi feries sidera vertice.

*Sic Generoso & Nobilissimo Domino
 ab EYB Commensali suo honora-
 tissimo & sincero animi affectu
 non sine lato omine applaudere
 voluerunt*

Consalini omnes & singuli.

~~~~~  
 I. N. J.

**W**ein Freund/ich solte zwar mit Blumen Dich ver Ehren/  
 Und von der Zeser Dir zuschicken einen West/  
 Der Deine Seel' ansuß' aus seinen Zucker Röhren/  
 Und die ambrirte Luft Dich völlig schmecken läst.  
 Doch sihest Du vielleicht den Nebel meiner Sinnen/  
 Daß ich den Sonnenschein auch kaum erkiesen kan/  
 Sonst solte meine Pflicht Dein löbliches Beginnen  
 Mit Blumen voller Lust und Anmuth wehen an.

Wie



Wie sehr auch mein Gemüth zu Deinem Dienst beflissen/  
 Dein Angedencken zeugt noch mehr von Deiner Treu'/  
 Es rühmt ja öffentlich Dein Rechtgelehrtes Wissen/  
 Daß ein anwesender Freund recht zu lieben sey.  
 Nun eylest Du von hier zu Lust und Freuden Sternen/  
 Und legest Deinem Ruhm ein schönes Kleinod zu/  
 Was Du mit Deinem Fleiß nun wohl hast können lernen/  
 Und setzest Deinen Sinn in angenehmste Ruh.  
 Du bist das Blum-Werck selbst/die Knospen Deiner Jugend/  
 So auff's anmutigste zu Marburg schlugen auß/  
 Sind völlig aufgeblüht in deiner schönsten Jugend/  
 So deinen Ruhm außziern mit einem süßen Strauß.  
 Natur und Fähigkeit/die Pfleger deiner Ehren/  
 Die legten nicht so schön hier Deinen Garten an/  
 Als Du Ihn hier gesucht mit Blumen zu vermehren/  
 Als Dein Fleiß Ihn besetzt/wie eine Rosen-Bahn.  
 Dein Wissen wuchs allda mit Liljen in die Wette/  
 Man sah' der Blätter Stern auff Deinem Stengel blühn/  
 Drum fesselte Dich an Appollens güldne Kette/  
 Dich an der Lehne Strom durch süßen Zwang zu ziehn.  
 Raam mochtest Du allhier Safftreiche Wurzeln fassen/  
 So t reibt ein freyer Wind Dich hin an andern Strand/  
 Doch wirst Du nimmer ganz das liebste Marburg lassen/  
 Das durch den Kunst-Magnet Dich allzusehr verband.  
 Dein Wohlverhalten läßt so süßen Dampf zurücke/  
 Daß Sie von ferne Dich auch vor Ihr Schoß-Kind hält/  
 Weil es traff ganz vergnügt/das angenehme Glücke/  
 Daß noch Ihr Blumen-Geld/durch Dich ward angefüllt.  
 Erstarrt Ihr Göttinnen/der andern Jahres-Zeiten/  
 In dieser Blumen-Blüth/des Lenzens schöner Pracht:  
 Euch andern muß den Sarg/Reiff/Hiz und Frost bereiten/  
 Und dieser Blumen-Schmuck würd niemahls reiff gemacht.  
 Die Ceres schenckt den Klee im Sommer nur den Bienen/  
 Und die Pomona bricht auch nur im Herbst die Frucht;  
 Hier brennen unverruckt der Rosen Lust-Rubinen/  
 Die man vergebens nur in Flora Garten sucht.

H

Die

Wie



Die Sonne selbst muß ja Deine Blumen lieben /  
 Weil Sie Dein Haupt nach Jhr / wie eine Goldblum zeucht /  
 Und ob schon Jhr Gesicht oft schwarze Wolcken trüben /  
 So mercket man doch nicht / daß deine Blum erbleicht.  
 Ob scharffer Donner schon um deinen Gipffel krachet /  
 Dein auffgeweckter Geist verliert doch nicht den Muth /  
 Der ihm die Last zur Lust / das Leid zu Freuden machet /  
 Und nichts erschrecken läst das angefeurte Bluth.  
 Breit' hundert Blätter auß / Du Deines Vatters Bluhme /  
 Und blüh' / Du Tausend schön / an Ehren Tausendfach /  
 Du stehst doch ohne dem bey Jhm in größern Ruhme /  
 Mach daß auch Marburg Dir dergleichen bringe nach.  
 Des Himmels Garten hengt selbst voller Lust Narzissen /  
 So kanstu / irr'd'scher Stern / auch wohl bey Jhnen stehn.  
 Die Chloris selbst / Glück zu ! will Deine Blumen küssen /  
 Und Dich vom Erden Ball / ans Himmels Dach erhöh'n.

**Q**uando triumphato remeat feliciter hoste  
 Et laude ac spoliis miles onustus, ovat:  
 Dumquè procelloso servatus marmore, tuto  
 Nauta sedet portu, dulce celeusma canit,  
 Tu quoquè, qui forti tot duras robore curas  
 Vicisti, & noctes difficilesquè dies.  
 Quique ter immensi spatiosa volumina Juris  
 Emensus, clarâ nunc statione micat;  
 Interpone tuis rebus modò gaudia curis,  
 Sordidus & sacro pulvere Victor ova.  
 Plaude & festivos felix modò respice soles;  
 Indulgere animis suadet amica Themis.  
 Quæ TIBI ad aliorum bipotentia culmina honorum  
 Accessus faciles & leve pandit iter.

*Hisce paucis obsequia mea semper inquè ævum  
 debita Generosissimo Dn. Respondenti amico  
 unico dilectissimo, ac fraternitatis vinculo  
 conjuncto, animitus applaudere optavi, desi-  
 deravi, volui*

FRIDER. ALEX. de HÜTTEN.

**W**eg mit dem Adel/weg/den Tugend nicht gebiert /  
 Dem Adel/welcher nur auß blossen Nahmen blicket/  
 Und mit Geschicklichkeit nicht tapffer außgeschmücket:  
 Kein Platus adelt uns / das was uns adlich ziert  
 Und an die edle Burg der edlen Sternen führt /  
 Ist nicht der Adel-Stamm: Die Tugend macht geschicket/  
 Die Tugend machet uns mit Adel recht beglücktet /  
 Ihr habt nun / Edler Freund / Ihr habt was Euch gebührt  
 Durch Euer edles Thun/die edle Kastalinnen/  
 Die adlen Euren Stamm sammt Euren edlen Sinnen.  
 Das zeigt diß edle Werck / Du edler *Themis* Sohn /  
 Womit Dein Adel sich hin ans Gestirne schwinget/  
 Und vor den Schweiß Dir den recht edlen Nahmen bringet.  
 Diß ist der beste Preiß / diß ist die beste Krohn.

**A**uspice qui Jovâ rerum primordia sumit:  
 Illius optato tramite cæpta fluunt.  
 Principium, medium finisque ab origine pendent  
 Desuper omne bonum non aliunde venit.  
 Hinc, ALBERTE, tuus labor & constantia clarum  
 Te nunc Juristæ reddit honore novo.  
 De quo supremi merito tibi grator honore:  
 Commoda milleferat, vota que mille sonant.  
 Tempus erit, quando TE magnum, magna locabit  
 Inter honoratos patria nostra viros.  
 Cætera debebis patriæ cui natus es, oræ:  
 Sic vos non vobis mellificatis Apes.

*Hac Agnato suo dilectissimo gratu-  
 labundus apposuit*

**G. L. von Seckendorff.**

LE jour plus éloigné vient sur nostre horizon  
 Les fruits les plus tardifs, ont enfin leur saison.  
 Enfin

um  
 mico  
 culo  
 dest  
 N.

Enfin ce jour heureux, cette heure souhaitee,  
 Qui doit vous couronner, de gloire est arrivee  
 Puisque vous nous donnez de vos savantes mains  
 Ce beau traite des droits du Grand Roy des Romains  
 Matiere en verite d'une science grande,  
 Et tres digne sur tout de Noblesse Allemande  
 Je vous en congratule & desire ardemment,  
 Que Dieu veuille benir ce beau commencement.

*Ce peu de vers temoignent a Mr. Mon  
 Cousin l'affection inviolable qu'au-  
 ra toujours pour luy*

*Son treshumble serviteur &  
 Cousin*

G. W. de MEISEBOUG.

~~~~~  
Madrigal.

Courage ô cher Amy, le sujet en est beau,
 Faites eclater vôtres merite,
 En nous represantant, comme dans un tableau,
 Tout ce qui est exquis, tout ce qui est d'elite.
 Jamais homme à mon gré n'auroit mieux pû choisir,
 Que ce noble sujet, cette noble matiere
 Du grand Roy des Romains, du monde le plaisir,
 Car vous en recevrez La gloire toute entiere.

*Ce Madrigal est pour
 Temoigner à Mr. Le Respondant La
 reconnoissance sensible de ses bien-
 faits, & de son amitié envers son
 treshumble & tres obeissant Ser-
 viteur, & en suite La joye extre-
 meme qu'il a de Le voir si heureu-
 sement achever ses etudes*

N. G. D'OGNY, Maître
 de Langues François.

*N. N. II, p.
h. 12, d.*

SPEC

RE

TANQU

SA

MARBU

MAGNI

NOBILISS

DN.

JURIUM


EXTRA

AUTEM

Ad

IOH

Typis Jo



MICUM

ANO-

O,

RÆSENTIS

SPICIO

ACADEMIA

LECTORE

LLENTISSIMO,

RICO

PROFESSORE

ET CIVILIU

ÆCEPTORE

consuetis,

it

NS

ERTUS

ypogr, 1690+

